



1636.

1. Beer, Sebastianus : Hypophysio tutelae et curae.
2. Bohemus, Johannes : De fidjussoribus.
3. Finckelhaus, Sigismundus : De militari testamento.
4. Peitzius, Christophorus : De nuptiis.
5. Patscherus, Samuel : De servitutibus et abtibus.

1637.

1. Heiland, Ernst : De mentibus.
2. Kemmler, Valentinus : De conceptu mentis.
3. Lindenerus, David : De mandato.
4. Schacherus, Augustinus : Disputatio juridica contractuum
Empytenfici.
5. Schacherus, Augustinus : De cessione actionum.

1638.

Lindener, David : De casibus fortuitis in genere.

1639. Lindener, David : De casuum fortuitorum periculo,
ratione dominii ac possessionis ut et quatenus pro
servo factus resistere necesse habeat?

1640

1. Finckelthaus, Lysimachus: De constituta pecunia
2. Philippus, Johannes: De concubitus.
3. Rivinus, Aureus: De contributionibus.
4. Schrenckendorffer, Georg Tob: De jure occidendi
prehensum in adulterio, quatenus patri et
marito competit.

4. Schrenckendorffer, Georg Tob: De jure occidendi
prehensum in adulterio filiae et uxoris,
quatenus patri et marito competit. 2 Saupl.

~~1640~~ 1711-1712

5. Wirth, Polycarpus: De generibus novae

1641.

1. Cronbergk, Michael: De advocatis
2. Welsch, Caspar Michael: Disputatio juridica I: De
executione parata, continens ejusdem definitionem, cau-
sam efficientem et materialem.

1642

1. Cronbergk, Michael: De auxiliis aegrotorum
- 1^a Finckelhaus, Sigismundus: De venia aetatis.
2. Heidenreich, Tobias: De locutione et confectione
3. Musbadius, Samuel: Disputationum juris D. arum
IV. Theorica - practica ad l. civites Lyff. de rebus
cred. l. cert. petata
4. Prestorius, Christophorus: De remediis juris crediti
tam adversus debitores contumaces, morosos et
calidantes
5. Schreuderdörffer, Georgius Tobias: De jramento
empiratoris ad huth. Sacramenta proterum.
C. de adversus venditionem
6. Wirth, Philippus: De l. p. Anecdontibus.

1643.

1. Bierling, Caspar: De litis denunciacione

1643

2. N. 44b, Michael: De aspectu

2.

3.

4.

5.

14
DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS

DE

CONSTITUTA

PECUNIA,

Quam

Auxiliò Numinis Trinuni invocato,

ET

JUSSU ATQVE PERMISSU

Magnifici Domini Ordinarii

D. SIGISMUNDI *Winckelehaus*/J.Cti, &c.

Amplissimi Dn. Senioris D. Christophori Prei-
bifii, ut & reliqvorum Consultissimorum Virorum, Am-
plissimæ Facultatis Juridicæ Lipsiensis Assesso-
rum gravissimorum,

Pro

Licentiâ,

Summos in utroq; Jure Honores, Privi-
legia & Insignia consequendi,

Publicæ dissertationi subjicit

AUGUSTUS *Beckstein* /

ALTENB. MISN.

In auditorio Collegii Paulini

ad diem 27. Augusti

M DC XL.



Lipsiæ, Typis GREGORII RITZSCHII.

VIRIS
*Magnificentia, Nobilitate, & Amplitudine
Præclarissimis, longoq̄uerum usu
Excellentissimis*

**Dn° HEINRICO Gebharten/
aliàs Wesenern / Hæreditario in Selnitz /
J.U.D. & Illustriss. ac Celsiss. Principis ac Domini,
Domini FRIDERICI WILHELMI Ducis Sax, Jul.
Chv. & Mont. &c. Lineæ Altenb. Cancellario
gravissimo.**

ut &

**Dn° JOHAN. FRIDERICO
à Brandt / in Gaardorff / Kleinhelmsdorff
& Langenleube / &c. eidem Illustrissimo Principi &c. à
Consiliis Secretioribus, nec non Curiaæ supremae, quæ
Jenæ est, Præsidi eminentissimo, ac Collectarum
publicarum Præfecto &c.**

*Patronis ac Promotoribus suis summò
observantia cultu suscipiendis*

**Disputationem hanc inauguralem de-
vorâ animi submissione
dedicat & offert**

AUGUSTUS Beckstein.

*Autore Bonitatis Adjutore
Præloquium.*



UM quotidiaⁿa, monente JCTO
Paulo in l. legavi. 2 §. ff. de liberat. leg. plenius tra-
ctanda, examinanda & rimanda sint; Et nemo
inicias ire possit, *materiam constitutæ*

pecuniæ non tantum *frequentissimam*,
sed & *utilis simam*, maximèqve *jucundam* esse, cum
Sole meridiano clarius appareat, societatem humanam eà ca-
rere non posse, siquidem debitores indies, inprimis hóc tem-
pore exulceratissimò, ubi Mars omnia devorat, & ex Cræsis
Iros quàm subito efficit, ad hanc tanquam ad sacram ancho-
ram confugere, & dilationem à suis creditoribus impetrare,
necesse habeant. Ideò motus tum utilitate & necessitate, tum
etiam jucunditate hujus materiæ, eam præsentì Disputatione
hóc modò pertractare mecum constitui, ut (1.) Etymologiam
eùm constituti, tum pecuniæ; (2.) Ultriusqve vocis varias si-
gnificationes; (3.) Synonymicas locutiones; (4.) Constitu-
tæ pecuniæ originem; (5.) Definitionem realem; (6.) Divi-
sionem; (7.) Personas, quæ possint se constituere; (8.) Per-
sonas, quibus constitui possit; (9.) Res, quæ in constitutum
deduci queant; (10.) Personas, pro quibus constitutum fieri
queat; (11.) Formam & modum constituendi; (12.) Effe-
ctum; (13.) & ultimò Affinia ipsius constituti sim relaturus &
declaraturus; Quod dum facio, JESUM CHRISTUM unicum
Constitutorem vel Expromissorem generis humani pro as-
sistentiâ devotâ mente invoco.

(1.) **E**Tymologiam itaq; vocis tum *constituti*, tum *pecu-* *Cap. I.*
niæ quod attinet, *Constitutum* à præpositione *Con*, *De Ety-*
& Latinò vocabulò *Statuere*, quod idem est, quod sentire,
ponere, collocare, stabilire, derivatur. Rittershus. ad §. in per-
sonam. 8. In §. de actionib. *mologiâ.*

(2.) *Pecunie* autem vocabulum à *pecu* derivatur, eò quòd veteres omnem suam substantiam in pecudibus habebant, omniàque pecudibus comparabant, vel redimebant. Unde quando dives in Veteri Testamento circumscribitur, inter alia & copia pecorum fit mentio, uti *Genes. 13. v. 2. s. 6. & 7.* item *cap. 24. v. 35. cap. 30. v. ult. Job. 42. v. 12.* & alibi passim. Et in hâc sententiâ est Augustin. *c. totum. 6. c. 1. q. 3.* dum ait: Totum, quicquid homines possident, sive sit servus, sive vas, ager, arbor, pecus, *pecunia* dicitur, quia antiqui totum quod habebant, in *pecoribus* habebant: Nec non Plinius *lib. 13. Histor. natur.* quando hanc causam denominationis esse tradit, quod primum æs notâ pecudis signatum fuerit. Idemque Plutarch. in *Apophth.* cum refert morte multatos fuisse, qui primum ad Lacedæmonios intulerunt pecuniam propter effectum Oraculi, dum dixit: *αὐτοὶ Φιλοχρημαλία Σπάρταν ὀλέειν*, i. e. Avaritia Spartam perdet. Et denique ultimò Iustus Paulus in *l. 1. ff. de contrah. emt.* quando inquit: Origo emendi vendendique à permutationibus capitur. Olim enim non ita erat nummus, neque aliud merx, aliud pretium vocabatur. Sed unusquisque secundum necessitatem temporum ac rerum utilibus inutilia permutabat.

Cap. II.
De Homonymiâ.

(3.) **U**trumque vocabulum *separatim* & simpliciter positum varias habet significationes. Verbi enim *pecunie* triplicem refert significationem Magnificus Dominus Ordinarius & Consul hujus Urbis longè eminentissimus D. Sigismundus Sincelsthaus/ Præceptor & Promotor meus æviternum suspiciendus. *O. 20. n. 11. & seqq.* Unam *latisimam*, sub quâ veniunt quæcunque res, quæ sunt in patrimonio nostro, *l. rei. 5. ibi: cum pecunie & c. l. pecunie. 178. l. pecunie. 222. ff. de Verb. signif.* Alteram *latiorem*, quæ præter æs signatum etiam ea, quæ pondere, numerò & mensurâ constant, continet, *l. talis scriptura. 30. ff. de legat. 1.* Tertiam *restrictiorem & propriam*, quæ monetam auream & argenteam, & pecuniam tantum numeram-

merationi aptam includit, vocaturq; pecunia numerata, vulgò Geld/vel meliùs secundùm Magnif. Dn. Ordinarium D. Sinctelshaus r. d.l.n.15. Baarschafft/i.e. das Geld/so haar/qvasi in parato vorhanden/qvæ alicui scilicet ferri, vel afferri potest. *Hic* autem vocem pecuniæ sumi *latisimè*, cum ex *l.receptitia.2.S.* & *neminem.1.C.b.t.* tum ex infra dicendis apparebit.

(4.) Nomen *Constituti* quod spectat, illud in Jure nostrò, & apud Latinos Scriptores variis accipitur modis, sicuti & verbum *constituere*, prout modò hunc, modò alium recipit sensum; Quando enim *constituere* cum *Accusativo Rei* constituitur, idem significat, quod sancire, ordinare, condere, præscribere. Undè *constitutum substantivè* positum idem est, quod *Constitutio*, *Satzung/Ordnung* & *adjectivè* idem quod *ordinata & posita*, *gesagte vnd geordnete Dinge*. Ita dicimus *Jus constitutum*, *l. sed & si. 25. ibi: Jus constitutum. ff. de donationib. int. vir. & ux. l.1. in fin. ibi: constituto jure. ff. de Act. rer. amot. l. cum ita. 94. in pr. ibi: Jure constituto. ff. de Condit. & demonstrat. l. si peculium. 20. §. is cui. 3. ibi: constituto jure. ff. de Statu lib. l.1. §. item cum. 2. ibi: de jure constituto. ff. *Qvæ sent. fin. appellat.* Item *constituta pars*, quæ alicui in Legibus ordinata & attributa est; Hinc in *l. Diaconus. 13. ff. Si quis à par. man. fuerit.* secundùm Brisf. *Pars constituta* ea videtur esse, quæ Patrono ex *L. Papià relicta*. Item *constituta aqua*, in *l. Si quis. 10. ff. Si servit vindic.* *Pax constituta*, quæ hodiè caremus, & de quâ constituendâ jam solliciti Imperator & Proceres Imperii. *O* utinam feliciter! *Qvæ**

Nulla salus bello. Pacem te poscimus omnes.

Tempus etiam constitutum dicitur in *l. non ut à patre. 8. ibi: post constitutum tempus. ff. de Captiv. & postlim. revers. l. sub prætextu. 19. ibi: intra constitutum tempus. C. de Transact. & tempora*

A 3

appel-

appellatoria constituta dicuntur in *lei cuius s. s. ult. ff. de Appellat. recipiend.* *Locus* denique *dies*, *Nuptie*, *as*, *supplicium*, *dos*, & cætera, quæcunqve constituta hinc inde in *Ll. ff. & C.* appellantur.

(5.) Quando cum *Accusativô*, vel *Dativô persone* *Est consti-* construitur, ut *constituere se* pro aliô, sich vor einen verschreiben-
tuentis. ben; *constituere aliquem* pro se, einen andern/das er sich vor
Est debito- ihm verschreibe und verpflichte/vermögen; *constituere sibi ali-*
vis. *quem*, sich einen andern vor einen Schuldmann verschreiben lassen/
Est credi- und einen andern darzu annehmen/ tunc *constituere* nihil aliud
toris. in genere significat, quàm reponere & collocare se, vel aliquem
in suum, vel alienum locum, vel sibi aliquem in alterius locum
reponi curare; Et tunc *constitutum substantivè* usurpa-
tum, nihil aliud est, quàm repositio in alterius locum, & repe-
titio prioris obligationis.

(6.) Et hoc ipsum ut plurimum *duplici modô* contingere solet. I. Quando vendens, donans, mutuo accipiens, vel aliter rem alicui concedens constituit, se pro alio rem in posterum *possessurum*; Quò de constituto elegantissimum & autoritatibus ac fundamentis refertissimum tractatum fundatum in *l. quædam mulier. 77. ff. de Rei vendic.* conscripsit Andr. Tiraquell. *tom. 4. fol. 108. & seqq.* Videatur etiam Coler. *de Process. Execut. p. 1. cap. 10. n. 182. & p. 3. c. 12. n. 87.* ubi scitu dignissima de illâ *clausulâ constituti possessorii* salutari, cujus usus maximus & frequentissimus in instrumentis & chirographis, habet. Adde Petr. Gregor. Tholos. *in Syntagm. Jur. Civ. l. 24. c. 17. n. 1. & seqq.* Hyppolit. *de Mars. sing. 158. n. 1.*

(7.) II. Quando quis pro se, vel alio, vult *solvere*; Et tunc illud *constitutum possessorium*, hoc simpliciter *constitutum*, vel conjunctim *constituta pecunia*, vel *constitutum*

tum debitum appellatur, *tot. ii. ff. & C. de Const. pec.* Quando itaq; conjunctim *constituta pecunia* in Legibus reperitur, *unicum* saltem *sensum*, & quidem hanc juridicam significationem habet; quod sumatur propriè pro eâ sponfione, quâ quis vel pro se, vel pro aliò, denuò solutionem debiti prioris, citra stipulationem promittit, & in se recipit, ut ex infra dicendis melius patebit.

(8.) In nostris Novellis *Græcis Nov. sc. 4. cap. 1. & Nov. 15. c. 6. item 136. cap. 1. ἀντιπώνησις* ab ἀντι & πώνω, sono, secundùm Steph. in suo *Lex* nominatur. Verùm Tiraq. & Duar. *c. 1. ad h. t. C. ex annot. Budæi in Pandect.* notant, ex Demosthene constituere Græcè per *κατὰ τὴν ἀπόδειξιν* efferrî.

(9.) *Germanicum* huic negotio accommodatum vocabulum reperire non potui, quamvis Volckman in sua *arte Not. p. 4. cap. 68.* nomet constitutum benandte Schuld / & constitutam pecuniam benandt Geld; item actionem de constitutâ pecuniâ, *Forderung eines angedingten Geldes.* Et Autor *anonym. Inst. Imperial. Germ. Cothob. edit. §. de constitutâ 9. de Act. zugesagte Zahlung*; *Nec non* Hein. Cnaust. in *Errorem. jur. d. §. bestimtes Geld*; Quàm ineptè enim nemo non videt. Illud certum est, quod constitutor voce Germanicâ generali, *Bürge* / vel *Gutsprecher* / vnd *Gutsager* / der vor eine Schuld gut gesagt / oder gesprochen / sich verpflichtet oder eingelassen / *Const. Elect. 16. p. 2.* communiter indigitetur.

(10.) **Q**uemadmodum autem constitutum, & pecunia varias *Cap. III. De Synonymiâ.* habet significationes: Ita & *utrumque* vocabulum *Separatim* positum varia habet Synonyma. *Constitutum*, quidem modò generaliter *promissio*, modò *sponfio*, modò *intercessio* vocatur; quamvis tunc propriè *intercessio* fieri videatur, quando quis non pro se, sed pro alio intercedit, *arg. l. 1. §. 1. ibi. si non intercesserint. ff. h. t.*

(11.) *Pecunia* autem modò *nummus*, l. si quis. 46. ff. *Loc. cond.*

cond. l. si ususfructus. in fin. ff. de jur. dot. l. statu liber os. 3. §. sed & si. 9. ff. de Statu liber. l. si apes. 26. §. i. ff. de Furt. modò 25, l. etiam aureus. 159. l. cedere. 212. §. as alienum. ff. de Verb. signif. modò *pretium*, §. item pretium. 2. Inst. de Empt. & vendit. modò denique *numisma*, vulgò Münze / l. Quintus Mucius. 27. §. 4. vers. Si autem. ff. de Auro vel arg. & c. leg. vel *moneta*, Col. de Process. Execut. p. 1. c. 10. n. 7. §. 9. *Coniunctim* verò *constituta pecunia* posita, terminus artis est, & vix consimilem terminum in iure reperiemus præter *constitutum debitum*, ut in l. i. §. 6. & *constituta res*, l. illud aut illud. 25. in pr. ff. b. t.

Cap. IV. (12.) **U**T autem sciatur, *quare* hunc terminum *invenerit* Prætor, nihilque penitus antiquitatis ignoretur; Anne *Constituta pecunia* tequam ad ipsam materiæ tractationem accedam, quædam de *Origine constituti* præmittam; Non, (ut cum JCTO in l. i. ff. de Orig. Jur. loquar) quia velim verbosus commentarios facere, sed quod in omnibus rebus animadverto id perfectum esse, quod ex omnibus suis partibus constat. Et certè cujuscunq; rei potissima pars principium est. Deindè, si in forò causas dicentibus nefas, ut ita dixerim, videtur esse, nullâ præfatione factâ, iudici rem exponere: quânto magis interpretationem promittentibus inconveniens erit, omisis initiis atque origine non repetitâ, atque illotis, ut ita dixerim, manibus protenus materiæ interpretationis tractare. Ista namque præfationes & libentius nos ad lectionem propositæ materiæ producent: & cum ibi venerimus, evidentiorem præstant intellectum.

(13.) *Tria* autem *tempora* circa *originem constituti* notant Jason. ad §. in personam. §. Inst. de Act. & Schneidew. ad eund. §. n. 6. & seqq. cum aliis. *Primò* namque omnium *ex Jure Gentium* originem habuisse referunt; De eò enim jure unaquæq; conventio quamvis simplicibus tantum verbis concepta, si modò de consensu constet, virtutem inducendi obligatio-

gationem firmam atque perfectam habet, sufficitque ad consequendam illam regiam manum, cujus auxilio omnes, ante proditas actione, expediebantur lites, uti loquitur *Jas. præall. loc.* Maximè enim olim fuere solliciti de fide servandâ, nihilque magis ipsis curæ fuit, quam datam servare fidem, idque magis spontè, quam coactè, uti apparet ex illo *Ovid. dum lib. 1. Metam. fab. 3.* dicit:

Sponte suâ sine lege fidem rectumque colebant.

Autumabanturque illos Diis infensos esse, nec ministeria eis debita rectè præstare posse, qui fidem frangere auderent, unde *Ovid. Epist. 18.* rectè dicit:

Non bove mactatò caelestia Numina gaudent,

Sed quæ præstanda est & sine teste fides.

Imò tanta ergà fidem penès Veteres religio erat, ut etiam proprium ipsi constituerent templum, prout refert ex *Halicarnas. Zaf. ad §. de constitut. 9. Inst. de Act. n. 3.*

(14.) *Secundò*, cum crescente ætate mundi etiam creverint hominum nequitia atque perfidia, accedente ferreò seculò, secundùm *Ovid. lib. 1. Metam. fab. 5.*

Protinus irrupit vene peioris in ævum

Omne nefas, fugere pudor, verumque, fidesque,

In quorum subiere locum fraudesque, dolique,

Insidieque, & vis, & amor sceleratus habendi.

Et ob id sæpè homines nimia astutiâ, nimiaque aliorum perfidia circumventi nimis magna promitterent, nimis parva verò servarent. Igitur *Jus Civile* accessit, quod aliquem ex nuda conventionè, promissione & pactò obligari regulariter noluit, uti constat ex *l. Juris gentium. 7. §. sed cum nulla. 4. vers.igitur nuda. & l. divisionis. 45. ff. de pact.* sed solennem & præmeditatam introduxit stipulationem; Tùm, ob rationem, quam habet *Magnificus Dominus Ordinarius D. Sigismundus Sineselshaus / O. 33. n. 3.* quia scilicet homines ad sponsones ex merâ plerumque instantiâ, seu inconsultò quodam luxuriantis animi impetù, sine ullâ deliberatione maturâ, firmòque mentis proposito præcipitantur potiùs, quam feruntur; Tùm etiam, quò eò delibe-

B

ratiùs

ratiùs promitteretur, & promissum eò firmiùs observaretur, meliùsque præstaretur.

(15.) *Tertiò, Prætores*, qui fautores naturalis æquitatis, & semper eandè ob oculos habere dicuntur in *l. quod si Ephesi. 4. ff. de eo. qui cert. loc. Sc.* animadvertentes, Jus Civile nimis spon- siones coangustasse, & respectum ad priorem obligationem habentes, *Edictum* hâc de re *singulare* conceperunt, in- quò edixerunt, talem nudam promissionem, quæ ad priorem obligationem de novò accessit, esse omninò servandam, *tot. tit. ff. de Const. pec.*

(16.) Verba Edicti ita à Compileribus referuntur: *Qui pecuniam debitam constituit, l. 1. §. 1. ff. b. t. (eum præstare oportebit, addit Egvin. Bar. in suo man. in 3. part. lib. 3. ad b. t.) si appareat, eum, qui constituit, neque sol- visse, neque fecisse, neque per actorem stetisse, quò minus fieret, quod constitutum est, l. si duo. 16. §. ait Præ- tor. 2. ff. cod. eamque pecuniam, cum constituebatur, debitam fuisse, l. item illa verba. 18. §. 1. ff. b. t. iudicium dabo, Wesemb. in paratit. ff. d. t. n. 5.*

(17.) *Ratio*, quæ moverit Prætores ad hoc *Edictum*, proponendum, hæc secundum Ulpianum (commentantem in hoc edictum, *lib. 27. uti apparet ex inscriptione l. 1. 16. §. 18. ff. b. t.*) in d. l. i. in pr. ff. cod. fuit: *Quoniam grave est fidem fal- lere.* Malè itaq; nonnulli Doctores, inter quos *Joh. Fab.* au- toritate *l. fin. C. ad L. Falcid.* exinde rationem desumunt, quòd geminata adlit promissio. Nam hæc deficit in constituyente, pro aliò, qui primà saltem vice promissionem fecit, & tamen æquè ut is, qui reiteratò pro se constituit, obligatur. Imò et si decies, vel centies quis reiteraret promissionem, cum tamen nihil deberet, non idèò conveniri posset *Jas. ad §. in personam. 3. Inst. de Act. n. 25.* eleganter etiam *Duar. ad b. t. C. de Const. pec. c. 1.*

Ali-

Aliter difs. Angel. Aret. cit. à Jaf. alleg. locò per l. legem. 10. C.
de Pactus.

(18.) **H**is ita prænotatis, ordinis ratione postulante acceden-
do ad definitionem dico: *Quòd constitutum fit* Cap. V.
De Defi-
nitione
reali.
conventio, tb. 19. Prætoria, tb. 20. solo consensu constans,
tb. 21. quâ quis tb. 24. & seqq. suo vel alterius creditori,
tb. 36. & seqq. illud ipsum, tb. 41. & seqq. quod ipse vel alius
debebat, tb. 47. & seqq. citra stipulationem spondet,
tb. 58. & seqq. se soluturum, vel præstiturum, tb. 61. & seqq.
salvâ manente priori obligatione, tb. 81.

(19.) *Conventio* est, quia conventionis verbum generale
est, ad omnia pertinens, de quibus negotii contrahendi, transi-
gendique causâ consentiunt, qui inter se agunt, l. 1. §. 2. ff. de
Pact. Bocer. disput. 17. tb. 2. Difs. Vacon. à Vac. §. declar. 67. n. 2.
qui per contractum consensualem, & quidem nominatum de-
finit. Idem fermè Cujac. in paratit. ff. b. t.

(20.) *Prætoria* est; Quia Prætor contra rigiditatem Juris
civilis hanc conventionis speciem custodivit, firmavit, & jus
agendi adversario exinde tribuit, §. de constituta. 9. ibi: *alioquin si*
stipulanti promiserint, jure civili tenentur. Inst. de Actionib. favendo
hâc in parte magis naturali æquitati, quàm Juris civilis ra-
tioni, l. 1. in pr. ibi: *favet naturali æquitati.* ff. b. t. Difs. Donell. lib.
13. cap. 21. lit. a. ubi inter civiles conventiones refert, à quò difs.
Hilliger ibid. definiens constitutum per legitimum pactum
prætorium. Aliter Goed. de contrab. & committ stipul. c. 2. n. 2.

(21.) *Solo consensu constat*; Nam præter consensum,
neque res, neque verba solennia, neque literæ requiruntur, l. 1.
in pr. ibi: *Constitutum ex consensu factum.* ff. b. t. Sive autem consensus
verbis, sive per *nuncium*, sive per *litteras* declaretur, nihil
interest, l. qui autem. 14. §. ult. ibi: *& per nuncium & quibuscumq. ver-*
bis. l. Titius Sejò. 24. in pr. l. *Quidam ad creditorem.* 26. in pr. ff. eod.

Cap. VI. (22.)
De Divi-
sione.

Dixi præterea in Definitione, quod constitutum *pro se, & pro alio* fieri possit. Hinc quamvis nulla *divisio* constituti apud Dd. reperiat, *duplicem* tamen, *unam* in *constitutum pro se*; Quando quis creditori suo impetratâ solutionis dilatione, sine stipulatione de novo solutionem promisit; Et in *constitutum pro alio*; Quando quis alterius creditori promissionem fecit, se velle illius nomine solvere, daß er der Mann oder der Zahler seyn wolle/ §. de constituta. 9. ibi: *pro se vel pro aliò sust. de Actionib. l. 1. & auth. si quando. C. b. t. Novell. 118. cap. ad hæc. 6. ibi: aut pro se aut pro aliâ personâ.*

(23.) *Alteram* in *constitutum purum*, quod sine adjec-tione dici celebratum est. l. id quod. 19. in pr. l. promissor. 20 §. 1. A. b. t. l. receptitia. 2. in pr. ibi: & liceat. C. eod. & *modificatum*, quod vel certâ conditione, vel die adjec-tâ factum. l. quod si 3. §. ult. l. sed & 4. l. si duo 16. §. 1. l. id quod. 19. ff. b. t. l. receptitia. 2. in pr. ibi vel in diem C. eod. facio.

Cap. VII. (24.)
De perso-
nis, qua
constitue-
re possunt.

Possunt autem *regulariter omnes*, qui non *specia-liter prohibiti* tam pro aliis, quam pro se *consti-tuere*: quâ de causâ ad exemplum Edicti prætorii in defini-tione meâ voce *quis* usus sum; Vocabulum enim *quis* gene-rale est, & complectitur omnis generis homines. l. 1. §. 1. ff. b. t. & l. 1. ff. de Verb. signif.

(25.) Quia tamen *nonnulli planè non* possunt se obligare; *nonnulli certis* intervenientibus *requisitis*; *nonnulli pro se* quidem, *pro aliis* autem minimè: Ideò ordine de his agam, & primò quidem de his, qui neque pro se neque pro alio con-stituere possunt.

(26.) Inter hos igitur refero. 1. *pupillos*, quibus de est textus in l. 1. §. 2. ff. b. t. eò, quòd nec velle, nec nolle credantur l. *pupil-lus*.

lus. 189. ff. de Reg. Jur. Quod si tamen pupillus per constitutum, pro se suam conditionem redderet apertè meliorem, ut, si impetrasset à suo creditore dilationem solutionis in verò & inevitabili debito, ad biennium sine usuris, utiqve creditorem suum ad observantiam, etiam sine autoritate tutoris, sibi obligaret. arg. pr. Inst. de auctorit. Tutor. & Curat.

(27.) Nec dubitandum, qvin idem dicendum de minore, 25. annis de Jur. Civ. & de Jure Sax. 21. annis; Inter omnes enim constat fragile & infirmum esse hujusmodi ætatis consilium, & multis captionibus suppositum, ita, ut Curatorum, auxilio regendi, nec ante rei suæ administratio, quamvis etiam benè rem suam gerentibus, committenda sit. l. 1. in pr. & §. & ideò. 3. ff. de Minorib. pr. Inst. de Aut. tut. l. 3. C. de in Integr. rest.

(28.) Sunt & hujus generis *Furiosi*; Nam & horum nulla est voluntas, l. *Furiosi*. 40. ff. de Reg. Jur. nec intelligunt, quid agunt, §. *Furiosus*. 8. Inst. de Inutilib. stipul. Quod & propter paritatem rationis extendendum non solum ad eum, cui *bonis interdicitum* est, d. l. 40. ff. de R. J. sed etiam ad *mente captum*, eum scilicet, qui defectu mentis & rationis laborat, non eum, qui tantum hebetioris ingenii & naturæ simplicioris est, §. *sed* & 4. Inst. de Curat.

(29.) Ad *secundam classem* personarum, quæ certis solennitatibus accedentibus constituere possunt, refero modo relatas personas, si *auctoritatem & consensum*, Tutorum & Curatorum suorum adhibuerint, nec non *mulieres* de Jure Saxon. pro propriò debitò constituere se volentes, nam & hæ sine curatoribus ad litem, nisi mercatrices sint, de eò Jure validè sese obligare nequeunt, *Const. Elect.* 15. p. 2.

(30.) *Tertiordinis Persona*, quæ se quidem in propriò debitò, pro alienò autem nequaquam constituere possunt, iterum sunt duplicis generis; *Quædam* enim ut maximè ve-

int, non possunt; *Quadam*, etsi intercesserint, tamen *exceptione* se tueri possunt. Ad *illas* colloco *militēs*; Quemadmodum enim neque Procuratores, neque fidejussores, neque mandatores fieri possunt, *per l. milites. 31. C. de Loc. & Cond.* ita nec pro alio constituere se debent, propter rationis identitatem, *& arg. pr. & cap. 1. Nov. 116. ubi Matth. Stepb. l. fin. C. h. t.*

(31.) Ad *has, mulieres*, refero: His enim plenissimè per *SCtum Vell.* prospectum est, ne pro ullò, sive maritò, sive extraneo quòpiam, vel fidejubendò, vel constituendò intercedentes, obligari queant, *l. 1. §. 1. ff. h. t. l. 1. & 101. tit. ff. & C. ad SCtum Vell.*

(32.) Non possum itaque subscribere illorum opinioni, qui dicunt, *Viduam* posse ex constitutò pro mariti defuncti debitò obligari, quod & tradit Amplifs. Dominus D. Benedict. Carpz. *p. 2. c. 16. d. 3.* Negari siquidem nequit, quod hòc casu intercedat. Ut autem *efficaciter* teneatur beneficio *SCti Vell.* *renunciare* debet, prout patet *ex casu l. ult. §. ult. ff. ad SCtum Vell.* ubi mulier in se suscipere volens litem alienam, cavere jubetur, exceptione se non usuram. Nec reputo necessariam *juratam* renunciationem, quia *Ll.* expressè non requirunt eam. Et licet nonnulli statuunt, mulierem, quando pro marito se non simpliciter, sed cum *renunciatione privilegiorum*, quæ cum ratione dotis, tum ratione aliorum illatorum bonorum habet, vult constituere, debere *juramento* renunciare non solum privilegio *SCti Vellej.* sed etiam ante lationis, prout videre est apud Ant. Thesaur. *decis. Pedemont. 222.* ubi ne quidem judicialem sufficere autumant; Attamen quia textum expressum, qui hoc dicat, nondum allegatum vidi, idè sufficere simplicem & extrajudicalem renunciationem puto.

(33.) Hoc lubens concesserim, quòd nonnulli casus *notabiles* in Legibus reperiantur, ubi mulieres *pro aliis* firmiter se constituere possint, inter quos non infimum locum occupat

607^m

constitutum donandi animò factum; Senatus enim obligate mulieri succurrere voluit, non *donanti*. l. sed si ego. 4. §. 1. ff. ad SCtum Vell. Egregium exemplum refertur in l. si pro aliquo. 21. §. 1. ff. eod. in eâ, quæ pro patre iudicatò, ne propter solutionem vexaretur, se ex liberalitate constituit. Quod non ineptè Ant. Fab. in suo Cod. ad SCtum Vell. transfert ad uxorem spondentem mulctam pro maritò incarceratò. arg. l. quamvis. 20. ff. sol. matrim. Dilucidè autem de animò donandi constare debet, arg. l. si praeses. 5. C. de donationib. in dubio enim non praesumitur, quia donare est perdere, l. filiusfam. 7. ff. de donat.

(34.) Non minùs notabilis est casus in l. sed si eum. 3. ff. ad SCtum Vell. in eâ muliere, quæ vel pro venditore hereditatis molestatò à creditoribus hereditariis; vel pro emtore, quem propter periculum evictionis defendere tenetur; vel pro suo fideiussore intercedendò sese constituerit: Tunc enim non tam pro aliò, quàm pro seipsà constituisse censetur. Facit l. si quis pro aliquo. 21. in pr. ff. d. t.

(35.) Et hæc de Jure Civ. de *Jure Sax.* ad renunciationem validam requiritur insuper curatoris ad litem auctoritas. An verò constituta & remissiones privilegiorum, & hypothecarum mulierum sine judiciali & juratoriâ promissione valeant, de his est *Const. Elect. 16. p. 2.* ad quam videndus Amplif. Dominus Carpov. in suis definitionib. à quò recedendum existimo, quoad tertiam definit: quantum respicit remissionem juris hypothecæ & paraphernalia, eò, quòd constitutio saltem duas species, dotem & donationem propter nuptias excipiat, in reliquis autem eò ipsò regulam confirmet. Et tantùm de personis, quæ constituere possunt. Video equevidem *De filiis familiaris*, in l. 1. §. sed si. 3. ff. h. t. *de Patre*, in l. 2. ff. eod. tam suò, quàm nomine liberorum constituyente, item *de maritò* ratione dotis, l. quod si. 3. ff. d. t. *de Legatò Principis*, l. eum qui. ff. ibid. *de absentibus*, in l. qui autem. 14. §. fin. ff. hic. *de pluribus* denique in l. si duo. 16. in pr. ff. ibid. fuisse dubitatum, sed
quia

quia omnis scrupulus hâc de re sublatus, ideò remitto lectorem ad modò citatas leges.

Cap. VIII. (36.) **S**Eqvuntur in Definitione verba: quâ quis *suò* vel *alterius creditori*: Hòc ipsò enim innuo *Personas*, quibus constitui possit, nimirum *omnibus creditoribus*, sumtò vocabulò *Creditor* in latissimò significatu, *l. 1. ff. de reb. credit.* Non tamen præcisè necesse est, ut is, cui constituitur, sit creditor, hoc enim solùm exigitur, ut sit debitum, non inquiritur, quæ persona debeat, sed quæritur simpliciter, an sit debitum? *l. cum qui. 5. §. qui exigimus. 2. ff. h. t.*

(37.) *Filiofamilias* itaque constitutum factum valet, *l. sed & si. 7. ff. h. t.* Ratio, quia Pater per filium in suâ potestate constitutum acquirat.

(38.) Idem juris, eadèmq; ratio est in *Servo*; Nam & huic ad commodum Domini rectè constituitur *l. cum qui. 5. §. ult. ff. h. t.* idque procedit non solùm in *servo proprio*, sed etiam in *alieno* bonâ fide ferviente, *l. idem est. 6. ff. h. t.* nam qualis qualis servus Domino obligationem acquirere potest. *d. l. 5. §. ult. h. t.*

(39.) *Procuratori* alicujus, si ipsi, non Domino litis, constitui potest, *l. cum qui. 5. §. Julianus. 6. ff. h. t.* Quod itidem statuendum est in *Actore municipum*, *Tutore pupilli*, *Curatore adolescentis*, *furiosi*, *mente capti*, *bonorum*; His enim omnibus, etiam locò eorum, quibus præsumt, utilitatis gratiâ constitui potest. *l. cum qui. 5. §. item tutori. 7. & §. se actori. 9. ff. h. t.*

(40.) Nec illud insuper in considerationem trahendum est, quòd debitor *non appareat*, sed vel mortuus, vel ejus hereditas nondum adita, vel ab hostibus captus sit; quoniam de debitò constat, licet non de debitore, *l. hactenus. 11. in pr. ff. h. t.*

Cap. IX. (41.) **D**Ixi præterea in definitione: *Illud ipsum*, quod est in primâ obligatione, etiam in secundâ esse debere; Sur-

Surrogatum enim sapit naturam ejus, in cuius locum surroga-
tur, & osibus prioris debiti inhaeret constitutum, secundum
Schneidew. ad §. 9. n. 27. Inst. de Act. & Dd. in l. 10. §. qui injur. ff. si ei queant.
quis caur. in jud. ff. caus. fact.

(42.) Hinc etiam si extrinsecus valor monetæ mutatus fuerit, aliúsque sit tempore constituti, quàm fuit tempore debiti principalis, sitque solvendum debitum à constitutore, solutio non secundum valorem, qui fuit tempore facti constituti, sed secundum eum, qui fuit tempore prioris obligationis, faciendâ erit; Potius enim origo obligationis, quàm titulus actionis considerandus, quia retrorsum se actio refert, l. item illa. 18. §. 1. ibi: cum constituebatur. ff. b. t. l. si filius am. 3. in fin. C. ad Scrum Maced. Si tamen à priorè obligatione recessum sit, vel ea, quæ in priori obligatione fuerunt, in stipulationem deducantur, tunc enim, quia prior obligatio sublata censetur, valor monetæ non ex tempore prioris obligationis, sed ex tempore facti constituti æstimandus venit, & sic respondisse Amplifs. Facult. Jurid. Lips. mens. August. Anno 1622, in causâ Veronica von Dehertig contra Hans vnd Wolsfen von Schönfeld Gebrüdere/wegen der Hans seu von Dabtel gesehenen 1000. fl. refert Matth. Berl. Decis. aur. 52.

(43.) Non est autem præcisè necessarium, ut illud ipsum in *quantitate & qualitate simul* spondeatur, sed sufficit idem in *quanto*. Etenim placuit Legibus rem pro re solvere, nihil etiam prohibet aliud pro debito constituere, ut frumentum pro pecuniâ, l. 1. §. an potest. 5. ff. b. t.

(44.) Sic parùm refert, an quis *totum debitum*, an *partem* saltem constituat, l. sed & si. 13. ff. b. t. non tamen *in plus* valet constitutum, quàm debetur l. haftenus. 11. §. 1. ff. b. t. c. g. Si quis sortem & usuras constituisset, cum fors saltem sit in obligatione, ad sortem duntaxat constitutum valeret, d. l. 11. §. 1. Item si decem debeantur, & quis decem & simul Titium constitueret, quantum ad Titium constitutum superfluum esset, l. sed si. 12. ff. b. t. Qui autem *simpliciter constituit*, certâ summâ vel *quantitate non expressâ*, is tenetur in *illud ipsum*, ad quod tenetur debitor, l. qui autem. 14. ff. b. t.

(45.) Illud hinc in dubium venit, An etiam aliquis in genere *omnia debita* alicujus in se recipere, & se pro eò, quod alter multis debet, constituere possit? Et quia in pluribus debitis eadè subest æquitatis ratio, quæ in unò, idè idem statuendum censèo. Ubi tamen *notandum*, quòd in hòc casu constituens, solummodò ad ea debita teneatur, de quibus vivente creditore, constat, ad ea verò, quæ post ejus mortem emergunt, nequam. Schneidew. ad §. 9. n. 32. *Inst. de Act.* ubi in liquidando credita adhuc vivente debitore, cum post ejus mortem nihil consequantur à constituente, cautos jubet esse creditores.

(46.) Ultimò summè etiam *notandum*, quòd non solum *solutio* constitui possit, sed etiam *datio & factum*, ut pignoris datio, *l. promissor. 23. ff. b. t. l. qui autem. 14. §. 1. ff. b. t.* Imò, qui certam personam fidejussuram pro se constituerit, nihilominus tenetur. Et licèt illa persona nolit fidejuberè, vel res in constitutum deducta post moram mortua sit, vel interierit, tenetur in id, quod interest, vel ut aliam personam non minùs idoneam fidejubentem præstet.

Cap. X. (47.) **A**ddidi in definitione: *Quod ipse, vel alius debebat.* Quòd ipsò denoto personas, pro quibus constitutum fieri possit. Sunt autem hæ *omnes debitores* qui *ὀφειστικοὶ* appellantur. Unde nec ipsemet *constituens*, excluditur, eò scilicet in casu, quando ipsemet est debitor, & pro se constituit pecuniam; Quà de causà summè notandum, quòd, cum aliàs regulariter requirantur ad constitutum tres personæ, *Constituens, Creditor, & Debitor*, hinc saltem duo invicem conveniant.

(48.) Nec refert, an sit debitor ex *contractu*, an ex *delictò*, *l. 1. §. debitum autem. 6. l. qui injuriarum. 29. ff. b. t.* an ex causà *onerosa* vel *lucrosa*, *l. qui id. 33. ff. de donat.*

(49.) Ac nec illud quidem interest, utrum *Civilis sit obligatio*.

*ligatio, an naturalis, an pratoria, l. 1. §. debitum autem. 7. & §. sed & si. 8. ff. b. t. l. 1. ff. de Novat. & multò magis an Civilis & pratoria simul, l. 3. §. si is. 2. ff. b. t. dummodò constitutum aut civiliter, aut naturaliter teneat, d. l. 1. ff. de Novat. Sed is, qui constituit id, quod *Jure civili debebat, de Jure pratorio* verò *non*, non tenetur, *all. l. quod si. 3. §. si quis. 1. ff. b. t.* Exemplum est in eò, qui mutuà acceptà pecunià, postmodum paciscitur, ne à se petatur; Civili enim jure manet obligatus, *l. 3. l. si unus. 27. §. 2. l. si debitor. 51. ff. de Pact.* licet de jure pratorio fiat liber.*

(50.) Hoc inter Jctos gravem fecisse concertationem video, An pro eò, qui de jure civili & jure pratorio debet, & est in diem obligatus, constitutum valeat? Ratio pro negativà fuit; quia debitum nondum esse videtur: Sed Ulpianus affirmativam, quam tenuerunt Labeo & Pedius, non invitus approbat, quia habet utilitatem, *d. l. si quis. 3. §. fin. b. t.*

(51.) Qvò autem meliùs intelligatur, quisnam debitor naturalis, civilis, & pratorius; Sciendum, quòd debitum *naturale solùm* illud sit & dicatur, quòd solò vinculo æquitatis sustinetur, sine adminiculo juris, *l. Stichum. 95. §. naturalis. 4. ibi: vinculum æquitatis, quò solò sustinetur. ff. de solut. l. naturaliter. 13. ff. de condict. indeb. uti videre est in patre contrahente cum filio, fratre cum fratre sub eadem potestate paternà existente, l. frater à fratre. 38. ff. de Condict. indeb. in verò debitore in judicio absolutò, l. judex. 38. l. Julianus. 60. ff. d. t. in herede legatum minus solenne exsolvente, fidei explendæ causà, l. fideicommiss. 12. ff. eod. Nec ex eò solò æstimantur *naturales obligationes*, si actio aliqua eorum nomine non competat, verùm etiam cum soluta pecunia repeti nequeat. Nam licet *minus proprie debere* dicuntur *naturales* debitores, per abusionem tamen intelligi possunt debitores, & qui ab his pecuniam recipiunt *debitum* sibi recepisse, *l. fidejussor. 6. §. naturales. 4. ff. de Fidejuss.**

(52.) Debitum verò *Civile tantùm* illud est, quòd quidem

ex dispositione Juris civilis, sed non ex æquitate naturali profuit; veluti quando quis, spe futuræ numerationis, quæ secuta non est, scribit se debere.

(53.) *Prætorium, sive Honorarium debitum tantum* est, quando Pater & Dominus pro filio & servo peculienens obligantur, *l. 1. §. fin. ibi: Et Pater & Dominus de peculio obstricti. ff. b. r.*

(54.) His ita positis consequens est; (1.) Quod constitutum pro eo, qui planè nihil debuit, nihil operetur. Ut, si quis exceptione perpetuâ tutus esset, *l. si non sortem. 26. §. indebitum. 3. ff. de Cond. indeb.* (2.) Quod constitutum pro eo, qui solvit, & acceptilatione, vel aliò modo liberatus est, non valeat. (3.) Quod constitutum pro eo, qui sub conditione promissit, quæ, an impleatur, incertum est, ut, si navis ex Asia venerit, non obliget; quia propter incertitudinem ante conditionis eventum nullò modo principalis debet, *l. grege. 13. §. pen. ff. de Pign. l. si quis reum. §. si huic. 1. ff. de liber. leg.* (4.) Quod constitutum pro pupillò, qui sine auctoritate tutoris stipulanti promiserit, non subsistat. Nam neque naturaliter, neque civiliter hoc in casu est obligatus, *l. quod pupillus. 42. ff. de Cond. indeb.* Quod etiam (5.) pro credit in alterius constitutò pro pupillò & pupillâ mutuan pecuniam accipiente, qui pariter, neque naturaliter, *l. pupillus. 59. ff. de Verb. oblig.* neque civiliter, *l. more nostræ. 8. ff. de acquir. her. obligatur*, quando videlicet ex pecuniâ mutuo acceptâ locupletior non est factus, aliàs, si locupletior factus est, jure naturæ & jure civili tenetur; Nam hoc naturâ æquum est, neminem cum alterius detrimento fieri locupletiozem, *l. naturaliter. 13. §. fin. junct. l. 14. ff. de cond. indeb.* quod subintelligendum in *l. 1. in fin. ff. de Novat.*

(55.) Nec obstat, quòd constituens pro naturali debitore in plus obligari nequeat, quàm ipse principalis, *l. hactenus. 11. §. fin. ff. b. r.* Quoniam non in plus obligatur, sed *arctius* & efficacius duntaxat. Sibi ergò imputet, quòd pro naturaliter tantum obligato intercesserit, si deinde adversus ipsum non habet regressum, *arg. l. Marcellus. 25. ff. de Fidejuss.* Et si qui scienter pro
utro-

utrôqve jure indebitô se constituit, donâsse dicatur, *l. cum per errorem. §. 3.* ibi Decius & Cagn. *ff. de Reg. Jur. gl. in l. quod si maritus. §. 1. verbo per exceptionem. ff. b. 1. & in l. hactenus. 11. §. 1. verbo tenetur eod.* idêd; dicendum, ipsum saltem ex conditione, *l. si quis argentum. 35. §. fin. C. de donationib.* conveniri posse, attamen Joh. Fab. *in d. §. in personam,* directè contrarium decidit, tùm quia communis & recepta Dd. sententia est dispositionem *d. l. non* habere locum in donatione præsumtâ, Bald. Ang. Castr. & Alex. *in l. Juris gentium. 7. §. Sed cum nulla. 4. ff. de Pact.* cum multis similibus, alleg. per Petrum Duenn. *in tr. reg. reg. 19. lim. 2.* Tùm quia constitutum est contractus accessorius, ubi ex indebiti promissione nulla nascitur obligatio, *l. si à reo. 70. §. si à furiosô. 4.* ibi Gl. & Bart. *ff. de fidejuss.*

(56.) An verò pro *dotis debitore* constitutum celebrari possit, quælitio est elegans? Ego non dubito, pro maritô, patre, vel quôvis aliô, qui dotem debet, posse quemvis se constituere. Sed quòd maritus, vel uxor possit exigere pro dote constitutores, illud reprobo. Si enim credendam mulier se suâm; dotem patri, maritôve existimavit, quare fidejussor, vel alius intercessor, inquit noster Justin. *in l. fin. C. Ne fidejuss. vel mand. dot. dent.* exigitur, ut causa perfidiæ in connubiô eorum generetur? In tantum verum, ut omnes Leges & consuetudines, quibus vir uxori fidejussorem servandæ dotis, quando ad inopiam vergit, exhibere cogitur, non immeritò aboleantur, *l. 1. C. d. t.* ad quam tamen casus, quando extraneus pro uxore dotem promississet, referri nequit, *v. l. si constituta. 24. §. quotiens. 2. ff. Sol. matrim.*

(57.) Cujus conditionis autem sint illi debitores, pro quibus constituitur, an masculi, an fœmellæ, an minorennes, an majorennes, an patresfam. an filiifam. an milites, an pagani, an laici, an clerici, an unus, an plures, an privati, an magistratus &c. perinde esse puto, modò sint debitores.

(58.) **M**Odum seu formam constituendi deniq; quod *Cap. XI.* attinet, ea in verbis def. *citra stipulationem.* *De formâ seu modò* *constitu-* *endi.*
Spondet, comprehenditur, & in his sequentibus consistit.
 C 3 (1.) *endi.*

(1.) Ut constituens sit unanims, & *concordet* cum creditore, cui constituit. Nam si discordent, & constituens *animo constituendi*, sponsonem faciat, creditor autem *animo stipulandi* planè nihil actum, *l. 1. §. eum qui. 4. ff. b. t.* Hinc *nudum consensum* formam specificam constituti, & modum ejus substantialem appellat Bocer *disput. 17. th. 16.* Cùm enim utiliter & solenniter stipulanti quid promittitur, talis promissio non retinet formam constituti, sed induit aliam naturam, & promissor non ex constitutò, sed ex jure civili tenetur, §. 9. *in fin. Inst. de Act.* Quà de causà, si inutiliter stipulanti promittitur, nihil in totum agitur; Non enim ex stipulatione tenetur promissor, quia est infirma; Nec ex constitutò, quia nullum adest, *d. l. 1. §. 4. ff. b. t. arg. l. 3. ff. de reb. dub. ubi habetur regula, quod potui, nolui; quod nolui, feci.* Undè non sine ratione verbo *Spondere* in defin: meà usus sum: Quia verbum *promittere* in Legibus positum, communiter de promissione solenni, quæ fit mediante stipulatione, exauditur, quamvis & vocabulum *Spondere à stipulationibus* ortum traxerit, *l. 2. ff. de Sponsal.*

(59.) (2.) Ad nullam porrò verborum necessitudinem, vel angustiam obligatus est constituens; *Quibuscumque* enim *verbis* promittat, statim ex constitutò tenetur, *l. qui autem.*

14. §. ult. ff. b. t. Nec necesse est, ut usurpetur vocabulum *constituendi*: Eò enim omisò & aliò usurpatò, nihilominùs tenet constitutum, e.g. Si ita quis dixisset, vel scripisset: *Scripti, me secundùm mandatum Seji, si quid tibi debitum approbatum erit, me tibi cauturum, vel soluturum sine controversià. l. eum qui. 5. §. 3. ff. b. t.* vel ita: *Remanserunt apud me quinquaginta ex creditò tuò, ex contractu pupillorum meorum, quos reddere debebo Idib. Majis probos, quod si ad diem subscriptum non dederò, tunc dare debebo usuras. l. Titius Sejo. 24. ff. b. t.* vel ita: *Decem, quæ Lucius Titius ex arcà tuà mutuo acceperat, salvà ratione usurarum, habes penès me Domine. l. quidam. 26. ff. b. t.*

(60.)

(60.) Si tamen *impersonaliter* dictum sit, putà, si quis constituturus dicat: *Satisfiet tibi*: non additò: *à me*, vel *ab alio*; tanquam nihil promissum fuerit, taliter constituens ab omni exactione liber est, *Nov. 115. cap. ad hoc. 6.* sicuti & is, qui simpliciter dicit *alium soluturum*, *leum qui. 5. §. Sed se quis. 4. ff. h. t.* Et hæc de formâ, per quam fidejussores & alii quamplurimi separantur, sufficiant. Exindè autem dicendum, quia *stipulationes* hodiè non adeò frequentes, non tam *fidejussores*, quam *constituentes* in usu practico occurrere.

(61.) Sequuntur nunc considerandi *effectus*, qui sunt multiplices, cum respectu *creditoris*, tum respectu *constituentis*, tum denique respectu *debitoris*. Cap. XII.
De Effectu
Constitu-
ti.

(62.) Respectu *Creditoris* sunt effectus: (1.) Quòd hòc ipsò consequatur majorem *securitatem debiti*; Undè & fidejussores, ac alii ejusmodi intervenientes, quibus constituens bene adjungi potest, *Bürgen / à Burg* quò se muniunt creditores, Germanicè fortasè appellati sunt. Non enim extingvitur *prior obligatio*, sed *manet* in suo vigore, & nova priorem saltem non tam accedit, quam subsequitur, *l. ubi quis. 28. ff. h. t.* quò ipsò constitutor differt à mandatore & ex promissore, quorum ille antecedit, hic verò ita accedit, ut prior obligatio planè extingvatur.

(63.) Utrum autem in creditoris arbitrio sit vel priorem, vel secundum debitorem convenire, aliquis dubitare possit? Verùm, quia Imperator noster omnibus intercessoribus, & nominatim *à l. u. P. v. n. s. i. s.*, sive constituentibus tribuit beneficium ordinis & excusationis, *l. fin. C. h. t. Nov. 4. c. si quis. 1. Nov. 99. c. si quis. 1.* Idèò non amplius ambigendum. *Matth. Berlich. p. 2. c. 23. n. 12. Moller. ad Constit. Elect. p. 2. C. 18. n. 4. & seqq.* Quod si tamen constitutum juramento firmatum erit, magis puto consuli conscientiam.

scientiæ, si sine discussione Principalis constituens solveret.
Gvid. Pap. *ing. 611. n. 3.*

(64.) Hæc actio, quæ datur creditori adversus constituentem, vocatur *constitutoria*, l. nec enim. 20. ff. b. t. vel *de constitutâ*, l. 1. §. cum qui. 4. l. qui si filii. 2. l. cum qui. 5. §. 1. l. Titius Sejo. 24. vers. item quere. l. ult. ff. eod. vel *pecuniæ constitutæ*, l. si post. 22. ff. l. 1. & l. Receptitia. 2. C. b. t. l. qui id. 33. in pr. ff. de donat. vel denique *de constitutâ pecuniâ*, Rubr. hic. ff. & C. item §. in personam. 8. & §. seq. 9. Inst. de Act. l. cum qui. 5. §. 3. l. promissor. 23. l. quidam ad creditorem. 26. ff. b. t.

(65.) Et est *prætoria*; quia à Prætoribus inventa. *Personalis*, quia obligationem pro parte habet, §. in personam. 8. Inst. de Act. *Perpetua*, l. 1. ibi perpetuo. & l. 2. ibi: in annorum metis triginta. *C. b. t. rei persecutoria, non pœnalis*, l. item illa verba. 18. §. 2. ff. b. t. extendens suam vim etiam adversus *heredes*, l. 1. C. b. t. *ad Patres & Dominos peculiotenus*, & quidem in *omnibus debitis*, sive in pondere, numero, & mensurâ, sive in aliis quibuscunque rebus corporalibus & incorporalibus consistant, sive pura, sive conditionata, sive in diem sint, l. 2. in pr. C. b. t.

(66.) Quod tamen de Jure Veteri secus erat; Non enim solum res tantum pondere, numero & mensurâ constantes exigebantur, sed etiam in certis speciebus, quando videlicet pro alio, & non pro se constitutum factum erat, anno includebant. Imò etiam, an in conditionalibus, & cum die constitutis debitis competeret, in dubium vocabatur, prout videre est ex *l. quod si. 3. §. 2. ff. b. t.* ubi Justinus disertè dicit; Propter has potissimum pecunias, quæ nondum peti possunt, constituta inducenda esse.

(67.) Præbuit autem Justiniano nostro ansam ampliandi hanc actionem, quia *actio receptitia*, quæ solennibus verbis composita, inusitato recessit vestigio, l. 2. in pr. C. b. t. Undè,
ne,

ne quid dubii remaneret, eandem vim & potestatem tribuit constituto, quam habent stipulationes, *d. l. 2. ibi: & non absimilem penitus stipulationi habeat dignitatem. C. b. t.* in tantum, ut omnes casus complectatur, qui per stipulationem explicari possunt, *d. l. 2. in fin. pr.* ita ut argumentum à stipulatione ad constitutum firmissimum duci possit, modò non naturalia constituti eyertantur, sed illa ipsa in suo vigore maneant, *d. l. 2. in med. pr. ibi: Suis tamen naturalibus privilegiis minimè defraudata.*

(68.) Seqventes autem differentia *Constituti & recepti* à Doctoribus *ex l. 2. C. b. t.* notantur: (1.) Quòd receptum juris civilis fuerit, & idè etiam in eo celebrando verba solennia requirantur, nec nudum pactum sufficiat, Constitutum verò à Prætorè introductum, ex nudo pacto oriatur. (2.) Receptum solis argentariis proprium, Constitutum verò aliis omnibus commune fuerit. (3.) In receptum omnes & quæcunque res, in constitutum verò solùm, quæ pondere, numero, & mensurà constabant, introduci potuerint. (4.) Nondum debita seu futura debita etiam in receptum, in constitutum, verò solùm debita præsentia venire potuerint. (5.) Quod & purè & in diem reciperetur, in diem verò solùm constitueretur, hinc Cic. in *Epist. ad Atticum*, constitutum quasi ad diem, conditum interpretatur. (6.) & ultimò, Quòd actio de recepto perpetua, actio de constitutà quidem etiam perpetua, sed certis tamen casibus solùm annalis fuerit.

(69.) Ubinam autem locorum hæc actio instituenda, haud absqve ratione quæritur? Umm. quidem in *Disput. ad Proceff. 4. th. 1. n. 5.* constituentem non in locò constituti, sed in locò principalis debiti conveniendum esse dicit, quia causa & origo constitutæ pecuniæ magis, quàm ipsius constituti potestas & validitas inspicienda, *l. qui id. 33. in pr. ff. de donat.* Sed ego, cautius agendo, hanc observandam esse distinctionem censeo. Aut enim locus certus solutioni est destinatus, & constituens est ipse debitor, & tunc tenet constitutum ex locò posteriori, *Leum qui. 5. ff. b. t.* Si verò constituens non est debitor, sed alius, tunc quemadmodum reliquæ actiones personales, ad cer-

D

tum

tum locum licet restrictæ, possunt ubique locorum intentari, & naturam arbitrariarum actionum assumere, & hæc actio ad exemplum moderari poterit, *l. si duo. 16. §. 1. ff. b. r.* Aut certum locum solutionis non habet constitutum, & tunc magis forum debitoris, quàm constituentis attendendum erit, *arg. l. fidejussor. 16. §. qui certo loco. 1. ff. de fidejuss.* & facit ratio, quod loco plus solvatur, *§. plus autem. 34. Inst. de Act.* & constituens in majorem summam obligari nequeat.

(70.) Et ita se res habet quoque cum *tempore*, quod quidem constituens pro se possit pro libitu assentiente creditore, aliter atque in primâ obligatione denominatum fuit, anticipando definire; Constituens verò pro aliò nequaquam, eò, quod & tempore plus solvatur, *d. §. 34. Inst. de Act.* & debitori per constituentem durior conditio obtrudi nequeat. Illud singulare est, quòd quando pro debitò purò quis se, sine definitione temporis, constituisset, non possit amodò conveniri, sed ei relinquendum sit modicum tempus, ad minimum ad decennium à Jctò restrictum *in l. promissor. 21. §. 1. ff. b. r.*

(71.) Forma libelli talis esse potest: PP. NN. saget / daß ihm NN. laut setner Handschrift / ietzigen Michael. Marcet 100. Rthaler schuldig worden / Ob er ihn nun wol nach der Zahlungsfrist vnterschiedlichen gemahnet; er sich auch zum öfftern zur Zahlung vffs neue erboten / vnd sonderlich vnslangsten vff Martin die Zahlung zu leisten versprochen: So hat er doch ic. Et hæc quando verum debitum civile præcessit, & ipse debitor se constituit, quò hodiè nihil frequentius.

(72.) Vel &c. saget / daß ihm NN. vermöge eines Tausches / sein Haus / in der N. Gassen gelegen / einzuräumen vnd zu überantworten schuldig gewesen / Ob er nun wol diesen Tausch etlicher mangelenden rechtlichen Solennitäten halben in zweiffel stehen / vnd nicht gelten lassen wollen / hat er sich doch endlichen anderweit constituiret, vnd zu der Räumung erbötig gemacht / ic. Et hæc quando debitum naturale præcessit.

(73.) PP. &c. saget / als ihm NN. ein Pferd (vel) 100. Rthaler / (vel) ein Haus zu bauen schuldig worden / vnd er ihn der
Aufs

Aufantwortung/ (vel) Zahlung/ (vel) Auffbauung halben mündlichen / (vel) schriftlichen ersucher / habe NN. Bruder sich ins mittel geschlagen/ (vel) an Klägern geschrieben / mit ihm Gedult zu haben/ er wolle vor ihn bezahlen. Vngeachtet er nun Beklagten dieses seines constituti halben etlich mal ersuchen lassen / So hab er doch ic. Er hæc, quando quis pro alio constituit, ubi vel dandum, vel solvendum, vel faciendum in primâ obligatione fuit.

(74.) Weil dann in Rechten wol versehen / daß wann der Schuldener sich anderweit zur Zahlung erbeit / (vel) daß wann ein ander sich vor den Schuldener constituiret, hernacher auch seiner Zusage nachzukommen/ vnd dem constituto genüge zu thun schuldig sey. Als fodert Kläger von Beklagten deutliche vnd vollstendige Antwort / vnd nach deren erfolg bittet er in Rechten zu erkennen vnd aufzusprechen/ daß Beklagter ihme die 100 Reichaler abzutragen/ (vel) das vertauschte Haus/ einzuräumen/ (vel) das libellirte Pferd / zusambt allen eingehoben Nuzungen / aufzuantworten/ (vel) si culpa constituentis periisset, den Werth davor zu ersetzen/ (vel) die libellirte Schuld / zusampt denen à tempore moræ auffgelauffenen Interessen, (vel) das verdingte Gebäude nochmals auffzuführen schuldig sey.

(75.) Feci mentionem *mora* in libellò; Ea itaqve contrahitur, quando apparet, eum, qui constituit, neque solvisse, neque fecisse, neque per actorem seu creditorem stetit, quò minus fieret scilicet datio; vel solutio, vel factum, *l. si duo. 16. §. ait Praetor. 7. ff. h. t.* Quod si tamen constituens per rerum naturam planè non posset constituto satisfacere, ab omni morâ & exactione liber erit, *d. l. 16. §. ergò. ff. h. t.* scus si saltem propter valetudinem, vim, aut tempestatem, impediretur, *l. item illa. 18. ff. h. t.*

(76.) Ex die verò constituti mora æstimatur, eò, quòd dies pro creditore interpellet, neq habetur respectus ad litis contestationem, ex quâ aliàs quandoqve debitores in morâ constituuntur, *d. l. 16. §. fin.* Quod si tamen post diem constitutum aliâ die debitum offerret, & creditor accipere nol-

let, & justam non accipiendi causam non haberet, æquum est succurri reo aut exceptione, aut justâ interpretatione, ut factum creditoris usq; ad tempus litis contestationis sive iudicii, ipsi non noccat.

(77.) Cæterùm constituto satis non facit, qui solutorum se constituit, si offerat satisfactionem, vel cautionem, vel etiam expromissorem, *l. promissor. 21. ff. b. r.* Ratio enim pecuniæ exigendæ, non cautionis accipiendæ, creditorem ad admissionem constituti permovet, nec est cogendus obligationes ex obligationibus facere, nisi ex magnâ & idoneâ causâ, prout monet *Jctus in l. si se. 4. §. ait Prætor. 3. ff. de re judic.* Excepto casu, quando quis constituit *se satisfactorum* duntaxat, tunc enim & pignorigibus, & fidejussoribus se liberare potest, *d. l. 4.*

(78.) Illud tamen silentii nube non est involvendum, quòd, si debitum ex causâ lucrativâ oriatur, constituens non nisi ad id, quod facere possit, conveniendus sit, *l. qui id. 33. ff. de donat.*

(79.) Sequuntur *Effectus* constituti respectu *constituentis*, & quidem tam adversus debitorem, quàm adversus creditorem. Adversus *Debitorem* quidem consequitur *actionem mandati*, semper enim, qui non prohibet pro se intervenire, mandare creditur, *l. semper. 60. ibi Gvilh. Mayner. de Reg. Jur.* ita tamen, ut habeatur respectus ad debitorem infcium, vel invitum. Nam adversus *ignorantem* actio *negotiorum gestorum*, adversus *invitum* verò, prout etiam pro invito constitutum fieri potest, *l. urum. 27. ff. b. r.* planè nulla datur, *l. ex mandato. 20. §. 1. ff. mandati. l. fin. C. de negot. gest.*

(80.) Adversus *Creditorem* verò omnibus exceptionibus, quas debitor habet, uti potest, *l. Papinianus. 28. ff. Mand.* Inprimis verò habet beneficium ordinis, & si plures, qui
con-

constituerint, privilegium divisionis ex l. *fn. C. h. r. & Nov. 99.* per rationem, quòd, ubi eadem æquiritatis ratio, ibi idem jus statuendum sit, Coler. *de Process. execut. p. 1. cap. 10. n. 292. & seqq.* Schneidew. §. 8. n. 30. *Inst. de Act. Marc. Anton. Aquilin. ad rubr. de V. O. n. 266.*

(81.) Denique respectu *Debitoris* operatur constitutum *dilationem*, & prolongationem *solutionis*, non enim in totum liberatur, l. *ubi quis. 28. ff. h. t.* quamvis non possit conveniri, priusquam terminus, à constituyente solutioni præstitutus, elapsus fuerit. Quòd si non maneret obligatus intercedens magis expromissor, quàm constitutor, quem Coler. *de Process. execut. p. 1. cap. 10. n. 297.* pagatorem appellat, dicendus esset. Hinc defin: inserui verba: Salvâ manente, priore obligatione.

(82.) Ultimo notandum constituto perquam *simile esse* *Cap. XIII.*
I. *Receptum*, quò de suprâ *th. 67. & seq. II. Fi. De Affini-*

de iurisdictionem, quæ verbis solennibus, mediante stipulatione, obligationi principali accedere solet, §. 1. *Inst. de Verb. oblig.* inde dicta, quòd fide suâ esse jubeant & credi debitori, l. *bonâ fide. 27. §. fin. ff. ad Scitum Vellej.* vocaturque alio nomine *adpromissio*, l. 5. §. *Satis acceptio. ff. de Verb. oblig. l. in omnibus. 43. ff. de Solutionib.* Hering. *de Fidejussorib. cap. 3. n. 28. Franc. de Fidejussorib. cap. 1. n. 33.*

(83.) III. Mandatum, seu *Mandatores*, qui ante debitum contractum debiti causam dederunt, & creditorem, ad fidem præstandam induxerunt, *tot. tit. ff. de Fidejussorib. & mand. tut. tot. tit. C. Ne Fidejuss. vel Mand. dor. dentur.* Vivum exemplum habemus in Samaritano, qui pro vulneratò spondit, *Luc. 10.* Et quia hæc vox est terminus artis, ideò & Græci eundem retinuerunt, unde in *Novell. nostris. 4, 99. & 136.* *παιδάρως* appellatur.

(84.) IV. Expromissio, quæ solet fieri, quando prior
D 3 obli-

obligatio extingvitur, & debitor in totum liberatur, remanente solùm obligato expromissore, vulgò: Ein Auß. oder Los, Bürge/ der den Schuldner auß. vnd losbürget. Quo in-
significatu *JESUM CHRISTUM*, unicum nostrum Salvatorem, rectè *Expromissorem* salutis humanæ insignire possum, in qvò etiam finio, & cum Patre & Spiritu Sancto Ipsi gratias devotas ago.

COROLLARIA.

I.

Q. An vocabulum Germanicum *Bürge*/in Jure Sax. & imprimis in Constit. Electoralib. positum, generaliter de qvovis intercessore, ita, ut non solùm Fidejussores propriè sic dictos, sed etiam Mandatores, Constitutores, & Expromissores contineat, & textus de *Bürgen* loquens, prout sunt Constit. 16. 17. 18. & 19. p. 2. generaliter exaudiendus sit?

Quantumvis qvidem Jus Saxon. quando exorbitat à Jure Communi, ita interpretandum, ut quàm citissimè ad Jus Civile recurrendum; Quia tamen eadem subest æqvitatæ ratio in constitutore & mandatore, quæ in fidejussore propriè sic dicto, qui mediante solenni stipulatione intercescit, *l. fin. C. b. t.* & secundùm communem usum loquendi parùm discriminis inter Fidejussorem & Constitutorem: Idèò Constit. Elect. etiam pro subjectâ materiâ de Constitutoribus æqvè ac de Fidejussoribus intelligendas esse judico. Quemadmodum
igi-

igitur *beneficium cedendarum actionum* fidejussoribus adversus debitores, pro quibus fidem suam interposuerunt, attribuitur. Ita quoque *Constitutoribus* hoc beneficium, quando pro illis, pro quibus se constituerunt, solvere coguntur, haud denegandum erit. Item, quemadmodum in *Constit. Elect. 19. p. 2. differentia* statuitur inter fidejussorem pro mutuo, & inter fidejussorem pro contractu; Ita pariter *discrimen* faciendum erit inter constitutorem pro mutuo accepta pecunia, & inter constitutorem pro contractu alio.

II.

Traditum est in Disput. quod ad Constitutum requiratur debitum praambulum, in tantum, ut si nullum ad sit debitum, nec constitutor sit obligatus: **Hinc non inconvenienter in quaestionem venit, quis debitum probare debeat, si agens affirmet, constitutor vero neget?**

Pro utraque parte possunt adduci rationes. Pro *creditore*, quidem, quod praesumptionem pro se habeat, eo ipso, quod constituens constituendo confessus fuit debitum, nisi enim scivisset alterum debitorem esse, vix ac ne vix quidem se constituisset. Pro *constituente* ratio erit, quod actor fundamentum suae intentionis probare debeat, *l. 2. & l. verius. 21. ff. de Probat. l. actor. 23. C. eod.* & quod auctore non probante reus sit absolvendus. Item quod quis pro alio se constituere possit, licet dubitet, vel ignoret, an verè debeatur, sufficit enim debitam pecuniam constitutam esse, *l. haftenus. u. in pr. ff. b. r.*

Et huic opinioni subscribam, melioribus informationibus edoctus facile cedam.



FINIS.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

UNIVERSITÄT
SACHSEN-ANHALT

LIBRARY

11111








X2615937

V07







B.I.G.

Farbkarte #13

URIDICA 4640,1
ALIS

A3

TUTA

IA,

inuni invocato,

PERMISSU
ni Ordinarii

elehaus/JCti,&c.
Christophori Prei-
morum Virorum, Am-
Lipsiensis Assello-
rum,

ia,
Honores, Privi-
sequendi,
i subjeit

Beckstein /

SN.
rii Paulini
gusti



RITZSCHIL,